# Sancti Iosephmariae Escrivá de Balaguer, presbyteri

**ANT. AD INTROITUM** Ier 3, 15

Dabo vobis pastores iuxta cor meum, et pascent vos scientia et doctrina.

**COLLECTA**

Deus, qui sanctum Iosephmariam, presbyterum,
universalis vocationis ad sanctitatem
et ad apostolatum in Ecclesia praeconem effecisti,
eius intercessione et exemplo concede, ut,
per cotidianum laborem Iesu Filio tuo configuremur
et redemptionis operi ardenti amore serviamus.
Per Dominum.

**SUPER OBLATA**

Suscipe, Sancte Pater, haec munera,
quae tibi in commemoratione sancti Iosephmariae offerimus,
ut, per sacrificium a Christo in ara crucis oblatum,
quod in sacramento repraesentatur,
cuncta quae agimus sanctificare digneris.
Per Christum.

**ANT. AD COMMUNIONEM** Mt 20, 28

Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam redemptionem pro multis.

**POST COMMUNIONEM**

Sacramenta, quae sumpsimus, Domine Deus noster,
in celebratione sancti Iosephmariae,
spiritum adoptionis filiorum in nobis corroborent,
ut, voluntati tuae fideliter inhaerentes,
in sanctitatis via laeti ambulemus.
Per Christum.